

Epilogus ^{a)} omnium premissorum et ratio dispositionis subsequentium cyclorum ^{a)} ¹⁴⁸⁾.

Exsecuti sumus, quod proposuimus: Domino donante ostendimus, ubi vel qua occasione in ^{b)} cronis modernorum cronograforum ^{b)} et ab ^{c)} annis ^{d)} ab initio seculi usque ad passionem Domini nostri ^{e)} Iesu Christi sint intercepti XL anni, et ab annis a passione Domini ^{e)} usque ad nos subtrahantur ^{f)} XXXIII, qui simul sunt LXXIII, ut ^{f)} cuilibet legenti ac ^{g)} considerare volenti pateat, quare regule de utrisque annis inveniendis a magistris nostris tradite dissideant ^{h)} ab evangelica veritate et fide ^{h)}. Ne vero premissarum supputationum perplexitatibus ⁱ⁾, o ^{k)} lector ^{k)}, graveris annos ab initio seculi usque ad nostrum ^{l)} tempus, scilicet ^{l)} annum Domini MCXXXV., seriatim disposui, in qua dispositione omnia premissa planissime poteris intueri. Hanc autem ^{m)} seriem in duas partes divisi sic, ut teneant unam partem anni ab initio seculi usque ad annum passionis et resurrectionis Iesu ⁿ⁾ Christi, alteram vero ^{o)} partem ^{o)} anni a passione Domini usque ad nos et ultra. Et prior pars vocetur testamentum humane exultationis et servitutis ac mortis, quoniam in ea initium et procursus ac dilatatio communis humane miserie designatur; altera pars vocetur testamentum humane reparationis et Christiane libertatis ac ^{p)} vite ^{p)}, quoniam in ea quomodo et quando et ad quid humanum genus sit reparatum, rememoratur. Prior pars IV versibus decurrentibus distinguitur. Ex ^{q)} quibus ^{q)} primus ^{r)} annos defluentis seculi continet ordinaliter, secundus versus suas singulorum annorum lunares epactas, qui cum a XIV epactis, id est a plenilunio primi mensis, in quo primitus creata luna eluxit, initium habeat, in eo tamen anno, in quo nunc nostri compotiste Christiani nullas vel XXX epactas ponunt, ego posui XXIX secundum Iudeos, qui in eodem anno XXIX. lunam in XII Kal. Apr. numerant et inde trahunt XXIX epactas et secundum illos et ^{s)} annos ^{t)} non alibi, quam a XIV. luna Aprilis, id est a plenilunio iudaici phase, inchoari et finiri decrevi. Tercius versus nichilominus habet concurrentes singulorum annorum et incipit a nullis concurrentibus, quoniam

^{a)} Ratio subscriptorum cyclorum a principio seculi usque ad nos *statt* Epilogus ... cyclorum A. ^{b)}—^{b)} *fehlt* A. ^{c)} *fehlt* A. ^{d)} anni A. ^{e)} et abinde *statt* nostri ... Domini A. ^{f)} anni Domini sint inminuti ac intercepti ut tibi, frater dilectissime, et *statt* subtrahantur ... ut A. ^{g)} et A. ^{h)}—^{h)} ab evangelica veritate et fide dissideant A. ⁱ⁾ perplexitate A. ^{k)}—^{k)} *fehlt* A. ^{l)} hunc presentem *statt* nostrum ... scil. A. ^{m)} tamen A. ⁿ⁾ *fehlt* A. ^{o)} autem *statt* vero partem A. ^{p)}—^{p)} *fehlt* A. ^{q)}—^{q)} *fehlt* A. ^{r)} *folgt* versus A. ^{s)} etiam A. ^{t)} *folgt* seculi A.

¹⁴⁸⁾ Cod. T, fol. 80' ff.; vgl. A, fol. 38 f.